

primus continet duabus columnis Edog. IV. v. 44 - Ed. V. v. 28. et Ed. V, v. 33-80. Popering, itidem duabus columnis, Georg. II, 14-49 et 67-101. Comparatione cum ed. Heyniana instituta has parum infignes lectiones deprehendi:

Ed. IV. v. 53.	impressi.	tam longae		Cod.	tam longae.
— v. 59.	—	dicat		Cod.	dicet.
Ed. V. v. 3.	—	corulis		Cod.	coritig.
— v. 5.	—	mutantibus		Cod.	motantibus.
— v. 8.	—	certet		Cod.	certat.
— v. 66.	—	duas albana		Cod.	duoque albana.
— v. 77.	—	pascentur		Cod.	pascentur.
Georg. II. v. 82.	—	miraturque		Cod.	miratasque.

120.

Petri de Riga Aurora.

Fol. 1<sup>a</sup> praecedit prologus, cujus primus versus (Initium mundi, quales in origine prima) hoc in cod. putredine evanuit. Hoc prologo finito rubricator ad marginem addidit: "Scire cupis actor (sic) quis codicis istius actor. Petrus Riga vocor, cui Christe (sic) petra rigat cor. Nota, quod ubi cunque inveneris obelum inter duos punctos, ibi sunt versus et dicta correctata libri. Incipit aurora et primo de VII diebus." Qui obeli cum apposti sint ad unumquemque versum prologi, patet totum prologum esse aut refectum aut adjectum ab alio. Sequitur ead. prima pag. ~~est~~ initium operis ipsius s. geneleos, cujus versus primus hic est: "Primo facta die duo, coelum, terrae, legantur." Finito V. T., quod in fine est mutilum, sequitur prologus profanus in N. T., deinde prologus alius metricus ad Odonem Parisiensem (quem edidit Leyser. Hist. poet. p. 737), tum prologus testis item metricus. Hispaniae N. T. versus primus hic est: "Claruit Herodeus regis agente sacerdos." Codex, qui in fine est mutilus, definit in hoc versu actuum apost.: "Cui frons orba fuit oculorum luce duorum."

Cod. membr. in 4. oblongo, fcc. XIV exaratus, ductu paulo difficili-  
ciori. In medio et in fine plura folia desiderantur. (Brunav. 3.)  
Antea Sam. Engelii, cujus v. bH. p. 180.

A 119.

- a) Eusebii epistola de morte Hieronymi.
- b) Hieronymi ep. ad Susannam lapsam.
- c) Eusebii ep. ad Heliodorum.
- d) Augustini ep. de magnificentia Hieronymi.
- e) Cyrilli Hierosol. ep. de miraculis Hieronymi.
- f) Legenda de S. Hieronymo.
- g) Chast. in fol. exar. a. 1478 per J. Rolant. Embr. ex libl. monast. S. Francisci, quod olim Miserae fuit, a. 1831.

# g) Carmen versibus Leonini scriptum, quod incipit: Ecce mundus moritur vitis sepultus.